

1509

P O L E M I C I.

1510

*tholica*, quem etiam *Baleus* memorat; neuter vero incipit, ut *Noster*. Itaque initia, quae illi citant, sunt *Prologi*, qui a *Cod.* nostro abest, vel nullam *Tractatus* nostri Notitiam habuere, quod in tanta Scriptorum *Wiclefi* farragine mirandum non est. Potuisse autem illum pluries sub eodem Titulo *de Ecclesia* scribere, inde patet, quod etiam duos diversos *Tractatus de Veritate S. Scripturae* ediderit, ut habes apud *Tanner. cit. p. 769.* Finit *Noster: licet profint per accidens. de isto alibi. Explicit tractatus de Sancta matre ecclesia.* Sequitur Index alphabeticus.

III. fol. 212. *Incipit liber de dominio.* Sunt vero *Libri III.* quorum II. et III. inscribuntur *de Dominio diuino.* Primus constans *Capp. 19.* incipit: *Cum quilibet christianus et specialiter Theologus mori debeat virtuosus &c.* Secundus *Capp. censet 5.* Tertius 6. et finit: *et illud quod quis ministrat sine debito secundum legem humanam donare dicitur.* Cum omnes hi tres *Tractatus* haecenus indicati eadem manu scripti, notulisque per margines adspersi sint, non dubitem, hunc quoque *Wiclefo* tribuere. Scripsisse eum *de Dominio diuino, de Ecclesiae Dominio* et *de Dominio civili* vades sunt *Autores suprac.* quamvis alia horum *Librorum* initia adferant. Sed adplica hic, quae ad *Tractatum* praecedentem dixi. Et fortasse plurima eorum *Exempla* flammis tradita sunt, antequam a *Bibliographis* adnotari potuere.

*Denis Codd. Theol. V. I. P. II.*

Codicem utrinque ambit membrana donationis quorundam *Bonorum* ad Altare *D. Nicolai* in ecclesia Parochiali Civitatis *Mezzyrzycz* (*Meseritz Morav.*) cum onere 4. *Missarum* per *Hebdomadem*, et *Anniversarii* post festum *S. Procopii* celebrandi, erogandaeque *stipis.* *Collatores Nicolaus de Mezzyrzycz* et *Briccius* dictus *Balafs.* Act. sub anno domini *M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> primo.* In die sancte *Gertrudis.*

CCCCVI.

Codex chartaceus lat. Sec. 911 XV. Folior. 242. 4. nitide exaratus, et rubricis enotatus in *Bohemia* continet: I. *Tractatum de anima Magistri Johannis Sarp*, rectius *Sharp.* *Tractatus* hic incipit: *Utrum anima intellectiva est quodammodo omnia &c.* et quatuor *Articulis*, totidemque *Libris* constat; quorum I. est *concernens naturam anime humane intellectivae*, II. *concernens potentiam ipsius anime intellectivae*, III. *concernens modum intelligendi*, IV. *concernens actum intelligendi.* Hi *Libri* rursus in *Capitula* dispescuntur. *Extrema* sunt: *Explicit tractatus Magistri Johannis Sarp. Bud bobu chwala. In te domine confido.* Quatuor *Exempla* mfs. *Psychologiae* hujus *Aristotelicae* e *Bibliothecis Oxon.* citat *Tannerus* in *Bibl. Brit. Hib.* p. 665. ubi et in *Autorem* nostrum, et in *Lelandum*, qui hunc ob controversias cum *Vicoclivianis* habitas laudat, invehitur, quasi

U

quasi

quasi vero uni Popularium *Le-lando* minus probatus fuisset *Wiclefus*. Certe *Joh. Fellus* doctus ille *Oxonienſium* Praeſul, teſte *Ant. Wood* in *Vita* propria edita a *Tb. Hearne* ad calcem *Vindiciar. Antiquit. Acad. Oxon. Tb. Caji, Oxoniae 1730. 8.* hoc de eo iudicium tulit: *That Joh. Wyclave was a grand diſſembler, a Man of little conſcience, and what he did as to religion, was more out of vain-glorie, and to obtain unto him a name, than out of honeſty &c.* Verum en *Lupum* in fabula.

II. fol. 38. p. 2. Incipit tractatus Magiſtri *Jo. Wi.* de compositione hominis *Doctoris ewangelici*. Initium: *Tria mouent me tractare materiam de compositione hominis &c.* Ut alibi. Ad calcem: *Explicit Tractatus De compositione Hominis Magiſtri Johannis Wykleph professoris ſacre Theologie Per Petrum de Czastawia Anno domini*

*Scriptori pro penna dentur gaudia ſempiterna.*

*Fur huius carte ledatur demonis arte.*

V. fol. 158. Incipit tractatus primus de ente in communi. Initium: *In primis ergo ſupponitur ens eſſe &c.* Nescio, an idem cum eo, quem *Tannerus* inſcribit: *De ente uniuerſali*, non adlato initio. Ad calcem: *Chwalmez boba w weſeli*, id eſt, Laudemus Deum in laetitia.

VI. fol. 167. p. 2. Incipit tractatus ſecundus libri primi de ente primo in communi. Initium:

*M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> XXXII. imminente ante Circumciſionem domini noſtri ihesu chriſti. Et finitus eſt Glatowie.*

III. fol. 62. p. 2. Incipit tractatus de uniuerſalibus Magiſtri *Johannis Wicleph*. Initium: *In purgando errores circa uniuerſalia ſunt tria introductoria &c.* Notatus *Baleo* et *Tannero*, neutro tamen initium indicante. Conſtat Capitibus XV. Subſcriptum: *Finiui ſabbato proximo ante purificacionem. Explicit*, ut ſupra, — *finitus Glatowie, Sub Anno domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> XXXIII<sup>o</sup>. Et eodem anno fuit Synodus generalis Concilij cum dominis Bobemis Baſilie.*

IV. fol. 115. Incipit tractatus de incarnatione Magiſtri *Jo. Wycleph*. Initium: *Prelibato tractatu de anima qui introductorius eſt &c.* Ut alibi. Ad calcem: *Explicit tractatus de Incarnatione M. J. Wy. Anno domini 1433.*

*Extenſo ente ſecundum eius maximam ampliacionem &c.*

VII. fol. 190. p. 2. absque titulo *Tractatus de Ente particulari*, qui incipit: *Suppoſito ex ſuperius declaratis et declarandis in poſterum, quod ens communiſſimum &c.* Agitur hic deinceps de *Subſtantia*, *Quantitate*, *Qualitate*, *Relatione*, *Actione* et *Paffione*, et demum de *Tempore*. Itaque adducor, ut putem habe-

1513

P O L E M I C I.

1514

ri hic unum e *Wiclefi* Scriptis, quod apud *Baleum* et *Tannerum* nomine *Physicae naturalis*, aut *Metaphysicae vulgaris*, aut *novellae* venit. Cum vero hi non adferant horum Scriptorum initia, et Rubricator noster jam a fol. 202. manum retraxerit, res in medio relinquenda est.

CCCCVII.

926 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 132. 4. commode perscriptus, et rubricis distinctus inscribitur: *De trinitate Wyclef*, et incipit: *Supereft investigare de distinctione et conueniencia personarum* &c. Tractatus hic relatus alias in praesenti Exemplo subnotatur: *Explicit edicio siue tractatus de trinitate. Anno domini M<sup>o</sup> CCCC.* Pro vocibus quibusdam per decursum Librarius lacunas destituit.

II. fol. 85. Ejusdem *Wiclefi* Tractatus *de Tempore*, constans Capp. XIII. quorum Summaria in Codice praecedunt, nulla tamen Autoris facta mentione, quem partim e *Tanneri Bibl. Brit. Hib.* ubi Exemplar *ms.* Eccl. Cathedr. *Lincoln.* citatur, eruo, partim ex ipsa Scriptionis indole, quae *Metaphysicae* limites non raro egressa in *Theologica* incurrit, praecipue Capp. posterioribus, ubi de triplici vnitae in Deo, de Irremissibilitate Peccati in Spiritum S. &c. Initium est: *In tractando de tempore sunt aliqua ex dictis superius capienda* &c. Igitur nexus est praesens Tracta-

tus cum praecedente quodam, qui fortassis ille est, quem *Baleus* et *Tannerus* de *Temporis Quidditate* inscribunt. Noster finit: *Subtrahendo ab eo orationis suffragium.*

III. fol. 125. p. 2. alia, admodum difficili manu adjecta est *Differtatio: Quomodo christianus ad ministrandum disponi debet et digne recipiendum sacramentum corporis christi.* Init: *Docet apostolus I. Cor. XI. sic dicens. Probet autem seipsum homo* &c. Cum inter *Wiclefiana* intercepta sit, fortassis ad illum quoque pertineat, sequitur enim;

IV. fol. 129. p. 2. *Wiclefi* Epistola ad *Vrbanum* Papam jam saepius indicata, et incipiens: *Gaudeo plane detegere* &c.

CCCCVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. 936 XV. Folior. 173. 4. caractere crassiusculo exaratus, rubricis distinctus, notulis marginum, etiam *bobemicis* adspersus, et olim *Wenceslai Rossii* saepe memorati Sacerdotis *Presorouiensis*, qui inter alia levioris momenti *Φαινομενον* etiam quoddam in occasu Solis hora 24. anno 1541. Dominica post *D. Mathiae Wlaffmii* observatum *bobemice* ad calcem descripsit, continet Opus illud exegeticum, quod indicavi *Cod. CCCXCVII.* inscriptum *De Abominatione*, quod vero hic sequentem Rubricam praefert: *Incipit de XII abominatione in loco sancto, Capitulum primum quod sacerdotum*